UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

In Novvm Opvs [Novæ] Polyantheæ C[L. V.] Joseph Langii Cæsare Montani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

IN NOVVM OPVS
POLYANTHEÆ CI

JOSEPHI LANGII CÆSARE
MONTANI.

ARGIVVS olim dum Iuuenis nouos
Molitur auſus, ſæpeq́; parat ſupra
Librare vulgus, atque famæ,
Et ſpolijs inhiat ſuperbis:
Jntacta primus per freta Nerei
Vncta inſuetum tentat iter trabe,
Spreuitq́; & iras, & pericla,
Atque minas maris æſtuoſas.
Tandemq; victor Doridis, aureo
Orbauit audax Colchida vellere,
Secumq́; præmia ampla ſumpti
Rettulit in patriam laboris.
Cæſoq́; quondam ſuſtulit aurea
Cuſtode pugnax mala Tirinthius,
Hortosq; honore, fructibusq;
Exuit aureolis micantes.
At tu ſagaci pectore & ingenij
JOSEPHE, acutis dum radijs potens
Orbem pererras, atque paßim
Singula diſcutis, ecce totam
Priuas amœnis, queis reliquas ſolet
Exceſſe longum & Hellas, & Itala
Tellus, opum præſtantiorum
Ponderibus, melioris æui.
Spargisq; pleno per populos ſinu
Fœcundus, & ditas patriam nouo ex-
teroq;, longe Lydiis qui
Diustiis potior, theſauro.
Macte vſque clarum nomen in extima
Extende ſecla, qua cadit aureus
Surgitq́; Phœbus: & perennes
Perge animi explicuiße dotes.
Decreta laudum ſunt tibi præmia,
Cortina ſi me, Delphica vel tripus
Non fallat: haud fefellit vnquam
Statq; tuis ſua fama libris.

A. Helius, Flander.